



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1846**

XXVIII. Markgraf Ludwig verleiht an Heinrich von Kokede Hebungen und Zins in dem Dorfe Kokede, nebst dem obersten Gericht, am 17. Jan. 1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](#)

**XXVIII.** Markgraf Ludwig verleiht an Heinrich von Kokede Hebungen und Zins in dem Dorfe Kokede, nebst dem obersten Gericht, am 17. Jan. 1345.

Dominus contulit heinrico de kokede et suis veris et legitimis heredibus duo frusta annuorum reddituum XVIII denarios in precaria et censu ville kokede cum supremo iudicio, pro quibus dedit VIII marcas argenti. In cuius etc. Testes Buch, Swicker, Geb. aluesleuen aduocatus in stendal et Ger. wolf. Datum stendal, anno M.CCC.XLV, feria II ante Fabiani et Sebastiani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXIV.

---

**XXIX.** Markgraf Ludwig bestätigt den Einwohnern der Dörfer Kokede, Huselit, Schwarzelose, Bellingen und Supplingen in dem Tanger geräumte, vom Herzoge von Braunschweig ihnen bei gelegte Wiesen, am 17. Jan. 1345.

Ludovicus etc. Discretis viris villam kokede immorantibus presentibus et futuris fidelibus sibi dilectis gracia suam et omne bonum. Ut pratum de nemore Tanger extirpatum et eradicated per magnificum principem ottonem ducem Brunswicensem bone recordationis propter ville in bono statu conferuanciam appositum ab eodem duce per vos emptum comparatum, sub modis iuribus distinctiobibus ville vestre legitime et probabiliter limitatum et distinctum, a nobis in antea positis quiete et pacifice possidere, nostrum fauorem singularem adhibuimus et presentibus adhibemus, nunciantes vos de XIIIII talentis denar. brand. nobis pro eo datis et persolutis quitos presentibus nostrarum testimonio litterarum. Datum anno XLV feria II ante fabiani et Sebastiani.

Item consimilem formam habet villa huselit super prato suo, sed dedit domino marchioni XVI talenta.

Item villa parua swartzelose habet eandem formam super prato suo et dedit domino marchioni XVI talenta.

Item villa Bellinghen eandem formam habet et dedit domino XVI talenta.

Item villa supplingen habet eandem formam et dedit domino VII talenta denariorum brandenburgensium.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXIV bis CLXVIII.

---

**XXX.** Markgraf Ludwig verleiht an Henning von Lüderiz die Bede in den Dörfern Griben und Jerchel, den Holzzins in Demker und die Wiesen des Dorfes Birkhorst in der Tanger, am 20. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo viro hen. de Luderitz fideli nostro dilecto suisque veris et legitimis heredibus precarias villarum Griben et Jerchel cum censu lignorum ville Demker adiacentium ad viginti frusta annuorum reddituum singularis annis se extendentia, nec non prata ville Birkhorst ex nemore Tanger eradicata seu extirpata,